MATUTINALE ADMONTENSE (NONNENBREVIER)

Admont, 1180 Seite 140r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

creto matrnorum uiscerum paruuli
tocius gaudia mundi preludunt. Nec
enim poterat ueteri sub lege ordinem
suu mortalis seruare natura. q̄ndo p
nouam diuinitatis gram nouum
saluti omnium mysterium parabat.
R. Tu puer propheta altissimi uocaberis preibis
enim ante faciem domini parare uias eius.
V. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in
remissionem peccatorum eorum. Parare.
Ad Cant. A. Descendit angelus. V. Dns ab utero
uocauit me. De uentre matris mee recordatus est
nominis mei. LS. E. S. LVCAM.
ELISABETH Impletum est
tempus pariendi. et peperit fi
lium. Et audierunt uicini et
cognati eius quia magnificauit dns mi
sericordiam suam cum illa. et congratulabantur
ei. Et R. Omelia. V. BEDE PRBI. DE EA.
Precursoris dni natiuitas sicut
sacratissima lectionis euan
gelice prodit hystoria multa
miraculorum sublimitate refulget. quia
nimirum decebat ut ille quo maior
inter natos mulierum nemo surrexit.
maiori pre ceteris sanctis in ipso mox ortu
uirtutum iubare clarescerct. R. Precur
sor domini uenit de quo ipse testatur. nullus
maior inter natos mulierum iohanne baptis
ta. V. Ipse preibit. Nullus maior. Senes
et diu infecundi parentes dono nobi
lissime prolis exultant. ipsi patris quem in
credulitas mutum reddiderat ad salu

tandum noue preconem gracie os et lin
gua reserantur. nec solum facultas dni
benedicendi restituitur. sed de eo etiam pro
phetandi uirtus auget. R. Gabriel ar
changelus apparuit Zacharie dicens nascetur
tibi filius nomen eius iohannes uocabitur.
et multi in natiuitate eius gaudebunt. V. Erit
enim magnus coram domino nam et manus
eius cum ipso est. Et multi. Excitati fa
ma facti omnes uicini admiratione ac
metu percellunt. omnium qui audierunt
circumquaque ad aduentum noui preconis
corda preparantur. Unde merito sca per or
bem eccla. que tot beatorum martyrum
uictorias. quibus ingressum regni celes
tis meruere frequentat. huius tantum
modo post dnm etiam natiuitatis diem
celebrare consueuit. quod nullatenus
sine angelica auctoritate in consue
tudinem uenisse credendum est.
R. Iste est de sublimibus celorum prepotentibus
unus quem manus domini consecrauit
matris in uisceribus cuius nos meritis ad
iuuari supplices deposcimus. V. Iste ē
enim iohannes cuius tanta est merito
rum prerogatiua ut eius simul per an
gelum Gabrielem pronunciaretur nati
uitas. nomen. uictus. officium et meritum. Cui.
Attencius animo recondendum. quia
sicut nato dno pastoribus angelus
apparens ait ecce euangelizo uobis
gaudium magnum quod erit omni po
pulo. quia natus ē uobis hodie sal